



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

III. An aliqui Angeli peccati vel obedientiæ aliorum causa fuerint; vbi de
prælio inter bonos malosque, pro viæ statu in cœlis habito, ac eius exitu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

impugnent. Secundo arguit. quia auxilia supernaturalia quibus poenitentiae salutaris locus, & potentia facienda Angelis malis erat, esset gratia supernaturalis lapsus Angelis, etiam inimicis data; ergo gratia Redemptionis, ac per Redemptorem Christum: at Deus, nec redemptionem, nec Redemptorem Christum à peccato Angelis dare voluit: ergo nec gratiam supernaturalem dedit, qua locum lapsus poenitentiae faceret, & poenitere eos de peccato salubriter absolute posset. Respondetur: Angelis lapsis pauculis, (protoparentum tentatoribus exceptis redemptionis) gratiam, & per Christum, sufficientem solum, ut poenitere salubriter eos absolute posset pro via statu prouidisse: ut diximus controu. de Incarnat. tam eis, quam bonis Angelis, protoparentum custodibus exceptis, primam gratiam auxiliantem, ut obedirent ex meritis Christi fuisse donatam, quia id non repugnat: ex primaria vero intentione ut primam gratiam Angelis mereretur, aut sufficientem redemptionis, quibus poenitentiae locus, & possibilis eis absolute poenitentia fieret, Deus incarnatus non fuit, merentique, ac Redemptor Christus exiit. sed, ut lapsis hominibus gratiam, & redemptionem meritis, & satisfactione à Deo obtineret offenso: quare hominum deficiente peccato, neque existeret Christus, ut controu. de Incarnatione cum Patribus docuimus, nec ullam gratiam bonis, aut redemptionem malis fuisset promeritus, neque ut Angelis gratiam redemptionis, aut non redemptionis mereretur Christus veniret, neque eis voluit Christum Redemptorem; sed secundaria voluntate.

5. Semel enim iam existente Christo occasione peccati hominum, atque in eorum redemptionem, eis omnibus Angelis, quorum gratia, vel redemptionis, vel non redemptionis, pro naturae priori, eiusmodi hominum peccatum non praecessit: ut reliquorum à Protoparentum custodibus, & tentatoribus Angelis gratia non antecessit: utriusque conditionis gratiam eius merita petigere; quia, infinita cum fuerint, omnes gratiam, quam propiori naturae ipsa donatam non supponebant, in praemium complexa sunt, atque cunctis donatio oportebat, & quamquam illud Apostoli *Nulquam Angelos apprehendit, sed semper Abraham*, id est homines, apprehendit de apprehensione redemptoria, cum aliquot Patribus, & interpretibus, quae tamen de apprehensione per unionem hypostaticam, germanius intelliguntur, de apprehensione ex primaria intentione, & per se intelligi debent, vel de apprehensione redemptoria, quoad efficaciam solum: cum enim nullum Angelum de facto redemerit, atque effectu redemptionis, absolute verum est, nullum Angelum quare nec naturam Anglicam redemisse, aut recuperasse, vel apprehendisse aut redemptionem. sicut humanam, & homines recuperavit, ac redemptorie apprehendit, cum plures recuperavit, & apprehendit de facto, etiam alios, quoad sufficientiam solum redemerit. At tentatoribus Protoparentum, quibus poenitentiae salutaris locus, & potentia absoluta, sicut ceteris per gratia supernaturalis auxilium facta etiam pro statu viae, ac non per Christum, eiusque merita, & redemptionem à Deo fuit, idemque erit, si idem de reliquis Angelis transgressoribus dici malueris, an redemptionis, quoad sufficientiam respectu seruitutis peccati, & diaboli dici debeat, & si respectu Dei ea auxilia dantis, & condonantis Angelis indignis remissio potius debiti carenti illis, quam redemptio debeat nominari: quæstio de nomine erit, non multum curanda. Admissa vero, quod gratia redemptionis nominanda sit, ac per Christum, eiusque merita & redemptionem data non fuerit, nil absurdum, & contra doctrinam Patrum, & Theologorum admittetur. Dum enim omnem gratiam redemptionis, tam, quoad sufficientiam, quam quoad efficaciam indignis peccatoribus per Christum Redemptorem datam docent, de gratia redemptionis data hominibus, quorum omnium Christus explorata, atque ex fide Redemptor est, loquuntur, nihil prius examinautes, nec cogitantes de redemptione hac Angelorum, quoad sufficientiam ex meritis, & satisfactione Christi, eorum etiam secundario Redemptoris, vel nec gratuite redemptionis à duplici illa seruitute

à Deo Angelis, quoad sufficientiam facta. Denique illud, cui solum, multumque pro aduersa sententia fuit Ariaga, de impossibilitate satisfactionis pro mortali creatura, etiam ex auxilio gratiae supernaturali exhibende, extra rem prorsus est. Ut enim poenitentiam salutarem exhibere absolute in via Angelis possit facta esse gratia supernaturali sufficiente ad illam eliciendam Angelos peccatores in statu viae instructo à Deo sufficientem omnibus effectio; poenitentia perfectissima contritionis, ex Deo summe, & super omnia dilectio non fit pro mortali satisfactione. Secundo: si quid ea ratio probaret neque peccatoribus hominibus in via ex Dei gratia locus poenitentiae salutaris à Deo fieret, fieri videntur posset. Id quod contra ipsum Ariaga, omnesque Theologos, Patres, Concilia, atque fidem Catholicam est, ut patet.



QVÆSTIO III.

An aliqui Angeli peccati vel obedientie aliorum causa fuerint: ubi de prelio inter bonos malosque, pro via statu in caelis habito, ac eius exitu.

Certum titulo quæstionem versant Theologi cum sancto Thoma, prima parte, quæst. 63. articulo secundo, tertio, sexto, & octavo, præsertim. Vtrum scilicet peccatum primi Angeli alius peccandi causa fuerit: cum idem de aliis malis Angelis respectu aliorum malorum quæri possit, atque ex iisdem principis proportionem seruata, de eis, ac de primo Angelo debeat desiniri. Ex similibus vero principis deducendum etiam est, an Michael, aliqui boni Angeli, qui in bono perseverarunt perseverantiae prelii bonorum Angelorum cum malis in caelis finiti, apertius ostenderint, id quod explicatione prelii bonorum Angelorum cum malis in caelis finiti, quæstionem propoli, & cum ea de Angelorum prelio in empyreo habito merito coniunxit, supponit autem quæstio non vnum luciferum, sed plures etiam Angelos peccasse.

CERTAMEN I.

Affirmatiua sententia conclusioibus aliquot distincta eligitur, & fundatur.

1. Libertas in. 1. d. 6. a. 3. Guillielm. Paris. 2. p. 1. partis. 1. principalis de vniuerso. c. 112. Castro aduers. haret. verbo peccatum luciferi 3. negant iustro premum ex malis Angelis, ac subinde inferiores ipsos, aliosve ipsius inferiorum causam peccati, siue exempli, siue suasionis aliquam fuisse. Referuntur etiam pro hac assensu sententia Alex. 2. p. 99. num. 1. Antiodoreus, lib. 2. tract. 2. c. 5. qui tamen potuisse Luciferum, & alios ex superioribus alterutro modo causam peccati inferioribus esse affirmant; ita vero factum, nec affirmant, nec negant. Affirmatiuum vero sententiam docuit sanctus Thomas citat. quæst. 63. articulo octauo, ubi Caietan. & interpretes fere omnes. Molina ubi proxime. Ioan. Præpos. ad eum articulo 5. Sed longe communius. Ioan. Præpos. ex sententiis. Sanct. Bonau. in 2. d. 5. a. 2. q. 2. Richer. 2. 1. q. 2. Egid. d. 6. q. 1. 2. 1. ubi, & Argentina eque. 1. Gabriel. 9. etiam. 1. 2. j. deb. j.

dub. 3. Maior. q. 2. sub fin. ad 2. dub. Attriaga d. 24. lect. 11. sublect. 1. §. 1. num. 76. Soar. lib. 7. c. 17. num. 17. Tertia sententia docet in questione de facto incertam, nec fundamento vero simili alterutram sententiam defendi, aut asseri posse. Ita Durand. in 2. d. 6. q. 2. est affirmatiuam communem esse fateatur. Ita etiam fuit iudex Alex. & Antiochensis. proxime, quæstionem de possibili affirmatiue definites fecit quæstionem, quam versamus, de facto, & Vasquez ad citatum art. 8. d. 237. cap. 1. init. §. Ego quidem in hac contrarietate numero tertio, quia nihil fundamenti in scriptura est, unde factum, infectumve concludatur, quod fieri, vel non fieri absolute potuit.

2. Dico primo: Angelus ex malis supremus, scilicet Lucifer, peccati aliorum causa fuit. Est Doctorum, quos dedimus pro sententia secunda, & communis Theologorum pauculis exceptis, & aduersariis parentibus conclusio à pluribus Patribus expressa. Damascen. 2. de fide. cap. 4. *Vnde porro cum eo auulsa est, eique comitem se adiunctum simulque coram innumerabilis subditorum ipsi Angelorum multitudo.* Ambros. epist. 84. ante med. *Hæc superbia à diabolo sumpsi exordium: qui, quoniam sua, quam à creatore acceperat, potentia, & dignitate, sibi placuit, cum eis Angelis, quos in consensum impietatis sue traxerat, à celesti sublimitate deiecit.* Vide apud Soar. supra, Gregor. 3. Moral. cap. 18. alias 23. Nazianz. Cælarium. Origen. Chrysostom. Cyrill. Euseb. Hieronym. Lactant. Arnobium. Augustin. Prosper. Bernardum. Equid autem fundamenti solidi pro affirmatiua hac conclusiue in questione de facto desiderari potest ultra tot, tantorumque Patrum concors iudicium? Ex eo vero constat vterius eandem conclusionem in scriptura contineri. Primo: quia, est in tot Patribus singulatim ab Spiritu sancto reuelari, suggerique potuerit, cum id valde extraordinarie prouidentie sit, eo omnes ex scriptura toti Ecclesie communi edoctos fuisse censendum est. Secundo: quia præfati Patres citatis locis sententiam hanc scriptura testimonio formaliter, aut æquiuocenter inserit, vel adiunctis, tradunt. Tercio: ex iam subiicientis scriptura locis, quæ ab aduersariis ad rem hanc negliguntur id ipsum facile constabit.

3. Probat secundum: ex sacra pagina ubi Math. 23. dicitur de æterno damnatorum igne, qui paratus est diabolo, & Angelis eius, ubi reliquorum malorum Angelorum Diabolo, seu Luciferi subiectio ac huius in illos dominium asseritur: quod cum ex eo, quod grauius cæteris peccatis parari ipsi, nec debeat, nec merito possit, sed potius cæteris minus peccatis subiectio; ea solum ratione competere ipsi potuit, quatenus vel exemplo vel suasiōe cæteris dux, & causa peccandi fuit, & que facto ipso peccandi, se subdidit, dignæque subiectionis ad ipsum fuisse constituit. Secundo: probatur ab Egidio ex Job. 41. *Ipse est Rex super omnes filios superbie.* Quia scilicet in superbo omnes, quales apostata reliqui Angeli fuisse, dominium, & iurisdicōnem, ducatumque voluntate sua exercuerit, superbia sua illos superbo, vel exemplo, vel suasiōe progignens. Nec satis est, hic deleviatam marina bestia prægrandi à Job. ad litteram dici, maximam esse inter alias proceras belluas marinas, quæ ob eximiam magnitudinem, ut opus quoduis aliud magni, & superba elegantiam dicitur. Sed tamen cum magnus Gregorius, & Patres sub eius piscis typo de diabolo figurate dicti à Jobo putent, figuratus ille, & allegoricus sensus intentus ab Spiritu sancto, & à Jobo fuit. Est autem superbum quidquid magnum est eleganter dicitur, non autem superbia fit, phrasi adhuc hebraica, & scriptura dicitur, sed de rationalibus solum creaturis, quæ vitium superbiae incurrunt. Attamen locus hic aliunde debilis est. Rex quippe, & Princeps inter aliquos conditionis, qualitatibus, & generis eundem, qui in eo cæteris eminet elegantiam, & vulgari etiam phrasi dicitur, quin in eos imperium, dominiumve aliquid habeat, & exerceat, colue, ut tales essent, ac fierent inluxerit. Secundo Job sub eo typo de diabolo non pro vix statu, sed pro statu damnationis loquitur: quare extra rem adducitur.

4. Sic ergo secunda probatio ex scriptura illis verbis

Mal. 14. *Corruisti in terram, qui vulueras gentes id est angelos reliquos, & præsertim sequentibus. In terram tuam perdidisti, & populum tuum occidisti. Id est causa fuisti, ut perirent. Quamuis enim de Rege Babylonis ibi sermo, & historia texatur, nemo autem Patrum, & interpretum, dubius adhuc, negat Luciferi casum sub eius typo à Propheta referri: ex quo æque firmiter conclusio nostra probatur: cum non minus certa esse debeant, quæ figurate, & intento sensu ab Spiritu sancto per Prophetas suos sub alterius typo dicuntur, quam quæ literaliter materiali: ex intento enim sensu uterque literalis est, & à Deo reuelatus. Secundo Iliam similem casum Regis Babylonici reuelatæ etiam sibi historia casus diaboli, ad litteram etiam relatæ exemplo explicuisse, & à maiori ad minus comprobasse satis ostendimus supra, ut etiam de loco alio Ezechielis. 28. ubi etiam de Tyri Rege Prophetia erat eadem Luciferi historia inserta, illustrata, & comprobata. Ex ita vero intellecto etiam Ezechiele probatur, tertio conclusio illis verbis in multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate. num. 18. equa enim negociatio Diaboli in via esse potuit, nisi alios peruerteret, ut sequacium copia, & multitudine potentior, fortiorque, erroneo suo iudicio, contra Deum fieret, ut dictum fuerat, numero quinto, in multitudine sapientia tua, & in negotiatione tua multiplicasti tibi multitudinem? Quod autem ab aliquibus ex eisdem Ezechiel. 31. adducitur verbis illis. *Emulata sunt enim omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei. Non est ad rem: quia nec figurato sensu ab Spiritu sancto, & Prophetia intento de Luciferi sermo est, sed de Pharaone Egypti Rege iuxta Patres, & interpretes.**

5. Probat quarto ex Apocalypsi. 12. ubi prælium Michaelis, cum Lucifero, seu dracone refertur, diciturque, n. 4. *Et cauda eius trahere tertiam partem stellarum celi, & misit eam in terram.* Quo sane loco Draco Lucifer, stellæ vero reliqui Angeli Apostatae, qui eius, vel exemplo vel suggestionem seducti peccant, ac proinde trahi ab ipso tanquam peccati coram causa dicuntur. Si enim ex se ipsis nulloque eius influxu peccassent, simul cum ipso in culpam & cælo haberentur, non autem traherentur magis, quam ab ipsis haberetur Lucifer, ut pater: tamen enim eius lapsus, cum lapsibus eorum, quam horum lapsus, cum lapsu Luciferi contingeret, casuque, ac disparate, ut aiunt, absque vlla coordinatione coniungeretur. Dicunt aduersarij (imo, & ex nostræ conclusionis Patronis Ioan. Prepos. ubi proxime §. Versum.) ex eo loco probari conclusionem efficaciter non posse: quia ibi, non de prælio Michaelis, cum Lucifero sed cum Antichristo per draconem significato dictum postremo sæculi tempore pro iustorum congregatione, & Ecclesia (cuius princeps, duxque Michael est) ad litteram agitur: ac subinde angelorum nomine, non solos Angelos bonos ipsum in eo prælio iunantes, sed & eximios doctrina, sanctitate, gradu, & dignitate viros, uti stellas obinde, in Dei Ecclesia fulgentes, qui ei etiam contra Antichristum superpetas ferent, intelligi: ex quibus seducenda ab Antichristo, tertia pars à Ioanne prænnuntiatur. Verum eo loci prælium Michaelis, & Angelorum eius cum Lucifero ad litteram referre, tamen sub eius typo postremum, cum Antichristo, & malis Angelis, ac eius affectis sceleris hominibus Michael ipso, & eius auxiliariis, cum Angelis, tum hominibus iustis doctrina, dignitate, &c. in Ecclesia præfulgentibus, ostendi superius, fusuque, & explicatiuè adhuc ostendam cert. 2. ubi ex instituto de eo prælio eius loci sensu, quo casus præcluditur.

6. Dico secundo: mali Angeli Luciferi non solum indiuidue, sed gradu etiam hierarchico, & subinde specie inferiores, & imperfectiores aliis apostatis Angelis fuerunt causa peccati, & transgressionis. Pro hac conclusione hæcenus à scholasticis, nec tradita, nec negata (quia nec quæstionem disputandam sibi proposuerunt) loca scripturæ, & Patrum plura non suppetunt. Tamen, cum Patres, tum interpretes, tum scholastici, qui prælium memoratum Apocal. 12. inter Michaelis, & Luciferum, atque vtriusque Angelos affectas habetum censent, est non expresse, & in terminis, virtute tamen

rem initio capitis descriptam, figurata, interpretantur. Ac demum cum Antichristo, sub mundi, & Ecclesie nostrae militantis finem interpretantur omnes ex quibus Alcazar, Mariana noster, in suis scholis ad hunc, & sequentes textus ita per varios tyrannos initum & continuatum, & per Antichristum finem significari voluit, ut nihil de prælio Michaelis, & Angelorum bonorum cum dracone diabolo, & malis in cælis inito significetur: nec Michaelis Angelum ea voce notissimum sed Christum, de acua vero tyrannum quemque Ecclesie suo tempore persecutorem, ac præcipue Antichristum, significat. Riberam etiam noster ad eum textum præfatum Angelorum prælium hic memorari negat, & vulgus solum illud hic referri putasset in eo vero à Mariana diversum est quod Michaelis, & draconis, Angelorumque nominibus Angelos, & partium aduersarum duces, & eorum sequaces significat, cum reliquis interpretibus, & Partibus merito censetur tyrannos vero & Antichristum quibus, tanquam instrumentis, draco Lucifer, seu diabolus, & Satan ad Christi Ecclesiam debellandam, euertrandamque vltus est & vltique vtriusque horrendo capitis eius ornamento, & coronum, & coronarum significari. Quo iure Augustinum, & Patres alios, qui tyrannos singulis coribus, & coronis significatos explicant singulatum, imitantur. In eo facillime ipsi acquiescam, etsi non grauer eisdem Angelorum dracones, sicuti Angelorum Michaelis nomine Doctores, & Sacerdotes, ac Prælatos, qui contra diabolum, eiusque ministros fortiter, strenueque in hoc prælio verbo, & exemplo decertantes Christianum populum in fide, & officio confirmant, teneanturque nominibus eis significari: ut ex ministerij consimilis vnitate, quod proprie vox Angeli significat, tam Angeli, quam homines eadem voce significantur. Quod autem Michael & Angeli sequaces, & Imperatoris, & Ducum, & strenuorum militum, in hoc prælio, pro Christi Ecclesia partes præcipuas obierint, contra vero diabolus Lucifer, eiusque Angelique sequaces: ac subinde debuerint, à Ioanne eis vocibus intelligi, & nominari, neque in prælii huius Ecclesie Christi militantis omitti nullatenus potuisse ex eorum officiis aperte probatur. Nam & Michael Ecclesie huius Princeps, & boni Angeli custodes, cum singulorum hominum, tum particularium Ecclesiarum, regionum, & prouinciarum eius, atque in æternæ salutis hominum procuracione præcipui adiutores, & auxiliares sunt à Deo constituti: Contra vero diabolus, & mali Angeli affectu superbia, inuidia, & malitia sua, suo quique gradu, hostes infensissimi hominum in eadem salutis eorum causa sunt effecti.

2. Dicendum primo nobis est. Prælium Michaelis, & Angelorum eius cum Dracone seu diabolo, & Lucifero, ipsiusque Angelis Apocalypsis capite duodecimo, memoratum non vnum, & idem sed duplex esse. Alterum Ecclesie, siue in Ecclesia hominum militante initum, continuatum, & vltima Antichristi persecutione absolutum, alterum, sub mundi initium inter angelos ipsos habitum, & ex versu septimo relatum. Prima conclusionis pars omnium Patrum, & interpretum est, satis, & eorum consensus, & subiuncta proxime ratione. Probatur secundo, quia relati hoc capite successus omnes, non prælio illi pure Angelico, sed magnam partem prælio Christianæ hominum militantis Ecclesie habito, & ad finem mundi continuando, & vltique duraturo conueniunt. Secunda vero conclusionis pars de prælio pure Angelico primitus in cælo empyreo habito, etiam memoratum in eodem capite, & summam relato, verbis recitatis ex numero eius septimo. Et si præfatis interpretibus addideretur magnam auctoritatis, & rationis pondus habet. Et in primis contra Alcazarem, & Marianam nostrum arguo: Etenim cur Michaelis, & Angelorum eius vocibus, non ipse Michael & Angeli, sed Christus Dominus, & Doctores Ecclesie alios homines in fide obfirmantes, ac tenentes, ne in tam duro certamine hostibus cedant, & succumbant, & draconis, seu serpentis antiqui diaboli, & Satane, (ut mox nominatur) & Angelorum sequacium vocibus, tyranni, eorumque ministri fidelium, &

Christoph. de Origa de Deo Vno, Tomus II.

Christiane Ecclesie persecutores figurate, & allegorice, significantur, nisi, quia ita nominati Angeli, in Ecclesia militante Angelica prius, primitusque pro eius fidelibus Angelis, & Ecclesia Dei Angelica boni, contra illum vero mali acerrime pugnarunt, eosque postmodum homines vtriusque partis prælio, pro, & contra fidem, & Ecclesiam hominum fidelium militantem imitati sunt? Ergo ea ipsa allegorica eorum nominum per eas voces nomenclatura prælium pure Angelicum primitus habitum ab Spiritu sancto per Ioannem asseritur, ut cum strenuum aliquem Ducem Alexandrum dicimus, hunc strenuissimum Ducem, & ducum exemplar fuisse simul asserimus. Quod vero vulgi Riberam dixerit textus relati de prælio pure Angelico interpretationem, minus modestè, ac vere videtur dictum. Siquidem scholasticus Doctores fere omnes de Angelis disputantes, nec semel vnusquisque de prælio pure Angelico textum illum interpretantur. In quibus doctissimi, & rigidissimi textuum interpretes Salmeron citatus in. 2. Petri. 2. & Molina vbi proxime. Quod si vulgus, ibi, non infamam ita censentium sortem, sed interpretationes, & intelligentias apud Ecclesiam, & Doctores, eius communitatem, & concordiam significet, Verum, quidem dicit, sed quod maxime sententiam nostram confirmet, atque oppositam negatiuam fere improbabilem reddat.

3. Sed minutius huius nostre, & communis ad eum textum interpretationis fundamenta ab auctoritate, & ratione videamus: & imprimis præter scholasticos memoratos Aethas peruersus interpretes apud Riberam, ibi. Cum itaque Michael dux exercitus non rulerit diaboli superbiam, & bellica virtute illum sua in cælo conuersatione, iam olim obiecit, rursum in aduentu Antichristi vna cum Iudæis, & Angelis ministrantibus per tentaciones aduersus fideles, & sanctos perfectius excidet diabolus: nempe ignominiosus redditus ab eius fratre, qui ipsum docuerat. Quibus primum illud prælium Angelicum, & exitum relatum hic censet, ut alterius prælii, & euentus apud fidelium hominum Ecclesiam eodem Michaelle ducè, eiusque Angelis, certantium etiam hominum, auxiliantibus contra diabolum, eiusque Angelos, & ministros infideles veritatem ab eodem prænuntiata confirmat. Ita censet noster Cornelius ad eum textum numeri, septimi, paragrapho, *Dico historice*, vbi, etsi summam Angelici illius prælii historiam literaliter, & historice clarissimi perstrictam à Ioanne censet, ut eius verba proprie, ac sine vlla figurata significatione, & locutione demonstrant: atque eis verbis, non, nisi symbolice, prælium aliud Ecclesie nostre militantis præcipue, sub mundi finem cum Antichristo habendum significari: etsi prophetice ad litteralem etiam, & geauine postremum hoc prælium etiam significetur, cuius minor progressus, & exitus, cum hoc, tum sequentibus capitibus descriptio ponitur à Ioanne, ut præcipuus Prophetie huius scopus. Hoc ipsum censet Tirinus etiam noster, tomo secundo, in scripturam ad eum, numeri, septimi. Ita eum explicans. Sicut olim in cælo empyreo, ita sub finem mundi in cælo aëreo, seu in ipso aëre id est immenso factum est prælium magnum. Quibus hunc postremum per illud primum figurate, & symbolice describi docet. Nec reor interpretem, aut expositorem aliquem de literali historico eius numeri sensu id negasse, sed de Prophetico solum sensu, cui erant intenti ut dithecliori, (historicus enim prælii Angelici primitus habiti in aperto erat) suam sententiam dixisse. Et quidem, cum prælium primum pure Angelicum certum adeo sit, ut ad fidei dogma, vel formaliter, vel virtualiter pertineat, neque alius sit scripturæ locus vbi contineatur, hoc loco esse narratum, & summam perstrictum certum esse debet. Demum, quidquid de literali eius textus sensu esset. Prælium hoc pure Angelicum Michaelis, & Angelorum bonorum cum Lucifero, eiusque malis angelis primitus habitum, & totius Ecclesie consensus, & Michaelis Ducis bonorum nomen, quod idem, ac *quisque Deus* valet, in via contra rebelles Deo, ac superbos Angelos habitum fuisse, atque hoc textu contineri certum, nec citra ingentem temeritatem, negabile facit. Quod

x latic

fatis est, ac de eius initio progressu, & exitu congruè, & vtiliter discuti Theologicè possit.

4. Dicendum est secundo. Prælium hoc Angelorum in via non totis militum copiis, quibus utraque pars demum constitit initium primo fuit, sed Angelis gradus Hierarchici, & speciei supremæ intra supremam hierarchiam: ac fors a solis Michaële, & Luciferò cœpit, quarum copiarum, ubique alterutri deinceps & successivè adhaeserunt militibus pro alterutra Angelis accedentibus auctæ sunt. Totius conclusionis probationi præmittendum est principium illud, quod d. proxima, questione secunda, fatis ostendimus. Nullam, scilicet, rationalem creaturam posse de re, & actione vili sua plene in instanti deliberare, sed ad plenam circa rem quampiam deliberationem duratione diuisibili, & aliquota creaturæ cuius rationi opus esse, & eoque subinde maiore, quo deliberatura rationalis creatura imperfectioris naturæ, & speciei sit. Præmittendum secundo (quod indubitarum Theologis est) ad peccatum graue, meritumve operis condignum vitæ, mortisve æternæ (cuiusmodi inobedientia, vel obedientia Angelorum in via statim fuit) necessariam plenam deliberationem obedientiæ, vel inobedientiæ utriusque fuisse. His memoratis probatur pars prima conclusionis. Quia nullus Angelus inferioris speciei, & gradus hierarchici potuit plene deliberare circa obseruantiam, vel transgressionem præcepti in tempore necessario Angelis supremi gradus, & speciei ad plenam circa obseruantiam, vel transgressionem præcepti deliberationem; sed maiore duratione pro maiori speciei suæ imperfectione opus habuit ergo præter Angelos speciei supremæ nullus alius potuit pro eo tempore grauius præceptum transgredi illudve condigno merito vitæ æternæ obseruare, maluisse, vel bonus fuit merito, aut demerito graui fieri, ut alterutri suæ bonorum, suæ malorum, parti ad pugnandum accederet: omnes autem supremæ illius speciei naturæ Angelos grauius, vel obedisse, vel exobedisse tempore illo, sufficienti Angelo speciei illius ad plenam deliberationem, & intra quod deliberato obedire absolute possent: ubi autem primum deliberato obediunt Angeli boni, exobedieruntque, & transgressi præceptum mali fuisse statim suis quique partibus adiuncti ad hoc prælium, & pugnam sunt; ergo inter Angelos naturæ speciei supremæ ut summum prælium hoc primo initum, & inchoatum est.

5. Secunda conclusionis pars (quam dubitanti similis proposui) de pugna huius initio per solos Michaëlem, & Luciferum dato, non levis suspicio, sed satis intra probabilitatem, & prudens iudicium Theologicum solidis fundamentis innixa sententia est. Etenim uterque suarum quique partium in prælio hoc Princeps, & dux extitit, ut ex verbis illis Michaëli, & Angeli eius, & dracone, & Angeli eius pugnabant. Satis significatur, & Michaëlem cœlestis militiæ Principem, non semel, scriptura vocat, & Ecclesia docet: Belzebub Luciferum malorum Angelorum, ac demonum Principem & Angelum appellat: & de Michaële Principatum illum suum meruisse Ecclesia testatur verbis illis, qui militiæ cœlestis meruit Principatum, quare non solum ob naturæ individualement perfectionem cæteris specifica suprema natura Angelica coequalibus maiorem, sed ob merita, & strenue seorsim ac personaliter contra diabolum, seu Luciferum gesta prius, quam adiunctis primis etiam Angelorum copiis contra illum, & assillas Angelos nequam pugnaret & à Deo Princeps militiæ illius electus, & ab Angelis suis Imperator appellatus, iure censendus est, contra vero Lucifer ob contumaciam obstinatissimam, qua Michaëlis benefuadis rationibus resistit, imò vero arte, & fallacia omni ipsum pervertere conatus est ab Angelis malis imperator dictus imprimis fuit. Succedat ratio Theologica. Quia tamen præceptum Angelos speciei supremæ Angelicæ (ad quam Michaël, & Lucifer probabiliter pertinent) usque ad extremum temporis sufficientis cunctis speciei illius ad plenam de obseruantia præcepti deliberationem non vigeret, sicuti nec Angelis inferioris imperfectiorisque naturæ suæ ad plenam deliberandum necessariæ: id

tamen non tollit quominus perficiatoris individualiter voluntatis Angeli intra eandem speciem contenti, ante extremam temporis illius partem plene deliberare potuerint, ac de præcepti obseruantia plene deliberatè tempus liquidum illud pro omnibus, speciei illius ad deliberationem de præcepti obseruantia designatum tantum esse debuit quantum omnibus etiam minus perfectis & tardioribus individualiter ad plenam deliberandum satis esset; etsi aliquibus individualiter promptioribus paululum minus sufficeret: id quod in tempore designato nobis ad præcepti cuiusvis imperiosem parer, quod maius semper eo, quod promptioribus, & expeditioribus sufficiat. Cum autem Michaël, & Lucifer perfectissimi individualiter Angelorum summæ perfectæ naturæ, ac speciei Angelicæ fuerint prius aliis deliberare potuisse, ac deliberasse in promptu est: cum vero iussu alter audientissimo Dei & proximorum amore, alter vero Dei & proximorum odio, & invidia illico, simulque flagrarint: illico etiam simulque alter ad reuocandum à culpa Luciferum, hic autem ad Michaëlem pervertendum certarunt.

6. Dicendum tertio, exinde uterque lucrands ad suas quique partes Angelis, atque in ea confirmandis, qui nondum deliberauerunt plene circa præcepti obseruantiam, tam speciei suæ, quam inferiorum, & inferiorum specierum magno ardore, arte, & industria vique ad viæ Angelicæ extremum continuè, nunquam interrupto partium studio, ac prælio pugnauerunt: ausus successivè Angelorum auxiliantium pro parte utraque copiis prout successivè alij deliberato obediunt, alij vero præceptum transgressi sunt. Conclusio tota prona ex dictis est, & quoad continuè Michaëlis, & Luciferi Stadium partium erga Angelos reliquos exercitum ex ardenti utriusque Dei, & proximorum vel amore, vel odio, & invidia satis probatur. Quod autem etiam circa Angelos speciei eiusdem, qui nondum deliberantque specierum inferiorum parer. Quia ex eadem specie plures nondum deliberauerunt, & multoties ex Angelis specierum inferiorum vique ad infimam Angelicam, iuxta principium supra memoratum. Quod autem successivè statim, & ac in alterutrum deliberarunt, vel bene, vel male parti alterutri continuo Angeli reliqui accesserint, constat etiam ex utroque amore vel odio (etsi non à Deo, ac Michaëlis, & Luciferi, ardenti tamen) in Deum, & proximam ubi primum præceptum transgressi sunt, vel obferarunt. Quod continuè, successivè, & ad alterutram partem accedendi, constat etiam ex dictis; quia perfectiores individualiter Angeli individualis speciei eiusdem summæ, etsi posterius paulo Michaële, & Luciferò, tamen antè paulolum, & antè individualis Angelis imperfectioribus in alterutram partem deliberarunt, & suis quique partibus accesserint, in eisque contra aduersos pugnauerunt. Quod ipsum de Angelis, & specie, & individuali ratione imperfectioribus eadem ratione probatur. Denique Angelicam hoc prælium toto viæ Angelorum tempore usque ad extremum perdurasse constat: quia vique ad victoriam, & triumphum Michaëlis, & Angelorum eius de dracone Luciferò, & angelis eius hominibus & cetero electionem (via nimirum Angelica fuit) pugnam inter & Angelos durasse citato capite apocal. 12. refertur: & quamvis post infimæ speciei, & individualis deliberationem Angelorum, omnibus speciei infimæ Angelis alterius viæ tempus percontentis, & his, & reliquis Angelis datum, factisque à Deo locus fuerit, eo tempore nec arma deposuerunt Angeli, nec a pugna cessarunt, contententes singuli alios aduersæ iam partem, ab ea se mouere, atque ad suam trahere. Cum autem infimæ speciei, & individualis Angelis ad deliberandum nova deliberatione ad persilendum, abscedendumve à proposito primo deliberato, maius tempus, quam aliis speciei, & individualis perfectionis opus sit, non parum inde viæ, & pugnae angelicæ tempus fuit auctum: etsi quantum illud determinate fuerit designari à nobis minime possit.

7. Circa arma, quibus utrinque ab Angelis pugnatum

tum fuit, nonnihil diffidij scholasticis est. An scilicet exemplis solum aduersis, an rationibus, & suasionibus, & adhortationibus oppositis, ut quisquis alios ad suas traheret partes, pertractoque in eis teneret pugnaverint armis, siquidem materialibus prælium commissum, habebiturque non fuisse constans apud Doctores omnes est. Fuit siquidem totum spirituale, atque inter puros spiritus angelicos confectum; tamen pictores armis corporeis decertantes Angelos depingant, ut spirituale hoc prælium (ut possunt) hominibus repræsentent, ut, & Angelos ipsos corporea iuuenum forma (qua solum possunt) nobis proponant. Sotius noster ubi proxime a. 15. rationibus solum propositis, & adhortationibus negotium hoc, & pugnam totam actam, peractamque fuisse censet: quod ipsum Vasquez ac reliqui fere omnes scholastici recentiores docent, habentque pro se Nazianzenum, Cæsarium, Chrysostomum, Ambrosium, & Gregorium apud Sotium. Contra vero Albertus, Alesius, Bonau. Ricardus, Egidius, & Durandus apud eundem Sotium, & Antiaga cit. d. 24. sect. 11. sub sect. 1. num. 78. §. 5. Porro solo exemplo contenti solo exemplo Luciferum quod ipsum de reliquis Angelis esset alios ad suas partes traxisset. Præcipuum fundamentum à ratione est: nihil Angelos alios alius proponere à ratione potuisse, ut eos in suas partes adducerent quod adducendi non prænoscent, & ignorarent. Sed ne inani hac super re certaminis locus detur, adverte: obedientiam, vel inobedientiam, & transgressionis angelorum virtutem, aut vitium pure internum, atque, ad cordis Angelici secreta spectans omnino fuisse: ac proinde seipsis nec virtutem, nec vitium Angelorum aliis Angelis, quam alterutrum admittentibus innotescere potuisse, ut alter alterius exemplo, siue ad obedientiam, siue ad inobedientiam, & transgressionem moueretur moueretur facto ipso, & exemplo alterius posset quare voluntaria reuelatione facti sui alterius Angeli ad alium, vel alios opus fuisse, ut eos ad sui imitationem facto, & exemplo suo posset absolute mouere. Vnde an ultra hanc facti, & exempli proprii propositionem (quæ abs dubio fuisse aliqua & ratio est) rationibus, & motibus aliis propositis, & alijs Angelos alios in suas partes, & sententiam, partemque pertrahere tentarint, ac mutuo contendunt, quæstio inter scholasticos esse, esseque solummodo potest, ut patet.

8. Dicendum est quarto, utroque modo Angeli alios ad suas trahere partes contententes mutuo, ac vicissim pugnant: scilicet exemplo, & facti proprii manifestatione, atque item rationum, motuorumque aliorum, ut eos pertraherent propositione. Hanc esse non admodum veterum scholasticorum sententiam iudico. Neque enim Sotius, & alij pro prima sententia relati negarunt Angelos exemplo suo seu facti proprii manifestatione ad imitationem mouisse, quos de facto mouerunt. Atque alios mouere absolute potuisse præsertim Angelos gradus natura, & indiuiduatione inferiores, imperfectioresque, apud quos præstantiorum, & procerum exempla multo amplius præstant, quam equalium qui aliquid valent tamen, certum est. Quare hæc conclusionis pars, & ratio, & communis omnium Doctorum suffragio indubitata esse debet. Secunda pars conclusionis de aliorum motuorum & rationum propositione de qua solum disputato locuti, apud scholasticos habuit, & habere, solummodo potest probatur. Et primo quidem inferiores, & imperfectiores natura angelos non assequi rationes, & motus, omnia, quæ perfectiores, & superiores natura Angeli assequuntur, dubium mihi non est de naturalibus loquendo: quare, & ab his de naturalibus, præsertim difficultatibus illustrantur, possuntque absolute de adquirendis illuminari, ut suo loco de Philosophicis Angelorum disputantes, t. 2. Philosophicæ nostræ controu. ult. satis ostendimus. De supernaturalibus vero cognitionibus proportionem seruata plures, amplexioresque à deo ipsi quam inferioribus communicatas, uti, & dona supernaturalia reliqua, iuxta naturæ maiorem perfectionem constat ex dictis, & antecedentibus, ergo aliqua Angelis inferioribus proponi à superioribus absolute poterunt, quæ ante eam propositionem non scirent. Sed est, sint Angeli omnes scientie tam naturalis, quoad extensionem equaliter, & de omnibus specie eiusdem conaturaliter, &

Christoph. de Orreaga de Deo vno. Tomus II.

ordinaria providentia loquendo verum mihi est, certe quoad intensionem, & entitativam perfectionem cognitionis, superiores, & perfectiores non solum specie, sed & indiuiduatione, Angelos inferioribus, & imperfectioribus excedere certum est, atque frequenti hominum, speciei etiam eiusdem indiuidui, quoad intelligentiam imperfectiorum experimento comprobatur. Hi siquidem perfectioribus viuidijs, perfectiusque obiecta, quæ segnius, & quasi emortuæ perperant, præstata cognitionis suæ illustrata proponuntur illuminant, perfectiusque, ac viuidijs, quam antea cognosci ab eis, ac veritatibus, de quibus præcognitionis primæ suæ imperfectione hæstantes dubitabant, faciunt assentiri: sed demum tandem equalis, quo ad intensionem, & perfectionem entitativam scientiæ omnes Angelos essentiationis tamen eiusdem in calculatione, ac per tempus nouæ deliberationi, datum repetitione, & instantia mentem tandem magis eius perpenfioni, & penetrationi, & subinde deliberationi maturius habenda applicari certum idem, & ratione, & experientia, quotidiana nobis est, id quod inter Angelos specificæ, & si velis indiuiduæ perfectioni equalis, Michaelis, & Luciferus in re præsentem euenisse ipso Michaelis nomine, & significato satis ostenditur: idem enim valet Michaelis, ac Luciferus, quod Lucifer nunquam ignorauerat, & tamen eius veritatis inculcatione, & repetitione ut ipsi iam velano affectu, & peccato ad bonam frugi, & salutarem penitentiam reuocaret cum ipso pugnabat: atque obinde tanquam ex præcipuo gladio, quo, nec solum exemplo, præliatus est Michaelis nomen accepit. Denique à prauis iam Angelis non veris solum, sed falsis, & chimericis rationibus, quas boni adhuc alij nondum cogitauerant, pugnatum est eorum obiectorum simplices apprehensiones, quibus delectarentur excitando, & quibus prosequendis, delectationis, & complacentiæ experimento percepto ad prosecutionem de eo paratam inducerentur, ut Luciferi ipsi contigisse dicemus.

CERTAMEN III.

*Quo fructu, & exitu certatum
vtrinque ab Angelis fuerit.*

1. Quo fructu vtriusque partes Angeli in via pugnant, & quis tandem prælii illius euentus fuerit, vtrius scilicet, ex eis partibus vicerit, examinandum, ac figure scholasticæ statuendum venit. Cum autem prælium hoc in via statu ex parte Michaelis honorum Angelorum, principis, ac ducis pro debita Deo obedientia summisione, & obsequantia fuerit; ex parte vero Luciferi, & cæcæ demum, sequacium pro oppositis, inobedientia scilicet, atque in Deum rebellionem: ac insuper prælium hoc suasionibus, & exemplo, & motibus aliis, ad Angelos omnes, vel inferiores, vel æquales, siue iam ad alterutrum determinatos, siue nondum prædeliberandi tarditate maiore determinatos habitum fuerit: fructus partis vtriusque in prælio hoc ex his Angelis, quos ad se determinatis, vel necdum determinatis alterutrum partis Angeli produxerint, ac perseveranter tenuerint, & in suis partibus obfirmaverint, dignoscendum erit, & iudicandum, exinde vero vtriusque parte, absolute in via vicerit, facile dignoscetur, & pro qua parte palestra, seu pugæ campus, empyreum nempe cælum, ut victrice finito viæ statu, & prælio permanserit: ac demum Angelis militiæ celestis titulo ex præfata pugna adquisito aliquid aliud, contra dæmonum phalangem sub mundi huius finem, tanquam victoriæ appendicolum reffer agendum. De quibus omnibus singularem eo ordine, quo proposita sunt, recte methodi, & claritatis gratia, ex instructo disputabilibus, quia eorum pleraque intacta, vel alijs difficultatibus cursum ab antecessoribus scholasticis inserta, quare nec pro debita claritate, & dignitate disputantur. Illud solum ex parte diffin-

Alus, & dignis à Doctoribus examinatur, quod in questione de prælii huius fructu primo loco debet examinari scilicet Angelus aliquis à fulceps semel partibus aduersantium Angelorum exemplo, beneque, vel maleficus rationibus à suis partibus defecerit, atque in aduersas transierit? quam difficultatem ex parte vt dixi, scholastici, & rigidi aliquot in secunda Petri. 2. Doctorumque in re Theologica, & interpretes sub titulo examinant, an lapsi aliquot Angeli egerint penitentiam? etsi an de se, vel aliorum industria etiam ac de semel bonis, an post ex aliorum suasionibus, aut exemplis lapsi fuerint? disputare omiserint, sed de vtriusque generali, & communi titulo nostro agendum est, quia de vtriusque eadem est Theologica ratio vel saltem similis: tum vt appareat, ex quibusnam Angelis, an ex iam determinatis in partem alterutram, an ex nondum determinatis solum fructus prælii huius constiterit. Sed quoniam pro negatiua parte, quod determinatos semel in malum, maius in secunda Petri capite secundo fundamentum esse videtur de eius partis certitudine scilicet dicemus, quo negatiua pars, quoad Angelos semel bonos, ac subinde conclusio vniuersalis negatiua iam subiicienda probabilior, firmiorque consistit.

2. Dico primo: nullum Angelum, ex iam determinatis in partem alterutram, partis alterius Angeli ad se traxerunt: quia nullus eorum à semel concepto, vel obediendi, vel exobediendi proposito destitit. Est omnium Theologorum conclusio, quoad semel lapsos, & transgressores expressa (vt statim videbimus conclusione 2.) ac subinde, quoad obediens conclusio virtualis. Excepit nostrum Arriagam d. 20. sect. 7. sublect. 2. n. 67. §. Pater Suarez, qui non solum probabile, sed euidens putat contra Suarez ex eius communibus ac veris principis Angelos, semel delibato bonos, demum peccasse, quia non simul omnes Angeli, sed successiue, ac reliqui ex Luciferi suggestione peccarunt. Sed huius Doctoris euidentiæ obice valde, nec satis probabiles aliis plerumque sunt: hæc vero ex principis illis illatio mala, & in multis peccans est, vt nostris discursibus clarebit, quin eius vicia singulatim ostendere sit opus. Iam conclusio nostra probatur ratione Theologica, quia etsi nec obediencia bonorum Deum determinauerit, vt eis auxilia congrua, & efficacia ad perseverandum, ac malorum suggestionibus, & temptationibus resistendum conferret, neque malorum transgressio, vt congrua auxilia, & efficacia ad respiciendum, & salutarem penitentiam deneganda; in his tamen, vt congruo, imo, & sufficientia denegaret satis meriti, condigni etiam, fuit in illis autem satis meriti congrui: quare æquissima lege sanguis à Deo fuit, vt obediens Angelis congrua auxilia ad perseverandum de facto conferrentur; transgressores autem denegarentur congrua ad resurgendum: imo multa Dei benignitate indultum ipsis est in auxiliorum sufficientium, & bonorum Angelorum eos ad penitentiam salutarem arte, industria, & vehementia omni adhortantium providentia Dei benefica: quæ omnia, condigne etiam, demerebantur. Etsi autem bonorum obediencia, auxilia congrua ad perseverandum, ac malorum temptationibus obfistendum condigne non meruerit; congruentissime tamen promeruit, valdeque proinde rationabili æquitatis iure prouisum à Deo est, vt ex diuina misericordia, & erga amicos, & obediens Angelos, quod obediencia ipsorum merito condignitatis debeat, titulo amicitie eorum deliberata; ac Dei beneuolentia in eorum auxiliorum efficacium collatione à Deo suppleretur, qui ex pura, solaque sua benignitate multa enumerata malis Angelis inimicis deliberato suis non citra, sed contra condigna demerita indulsit: Probatur secundo conclusio, quoad Angelos bonos ex altera parte conclusionis, negatiue etiam penitentia de facto omnium, nullo excepto, Angelorum malorum: ex qua ad perseverantiam de facto bonorum omnium Angelorum multiplici ex capite consequentia probatur. Primo ex parte Dei, & gratia congrua ipsis collata ad perseverandum ob datam proximè Theologicam rationem. Secundo: quia Angeli natura sua, semel concepti à quando boni tenaces, citra naturæ Angelicæ

inlicitiam, non esse cogitari non possunt; imo vero ex eius perfectione ad bonum, quam ad malum propensiores, firmiusque adherentes debent censei, & quibus subinde minus entitatie, & physice sumptum auxilium, vt in bono persistant, atque à malo respiciant, ad congruitatem perueniat, ac de facto effectum obineat, longe satis esse, quam sit tentatio, qua de facto, vt in malum trahantur, & in illo obfistunt, & in aurescant. Tercio: quia iniuriam etiam bonis Angelis est minus ardeat, & indignitas, in confirmandis, in bono, Deique obsequio tenendis fratribus fuisse, quam malos Angelos in sociis nequam in malo, Deique aurescant, in obediencia, & iuncta pertinaci obseruandis: quam autem certum, firmiusque sit secundum huius argumenti antecedens, ostendat conclusio secunda.

3. Dico secundo: nullum Angelorum, semel transgressorum, & malorum ad salutarem penitentiam respiciisse, certum ab authoritate Theologorum est, vt oppositum non singulare solum, sed etiam temerarium. Certum, nec de fide est, nec fidem Catholicam proximè vt remore concernens. Prima conclusio pars indubitata est (vt ex communi illo apud fideles omnes, & doctos proloquio humanum est peccare, diabolum in peccato perseverare satis constat) & apud Theologos constant: quorum nemo est, qui mali alicuius Angeli penitentiam salutarem de peccato suo vnuquam egisse admittat, sed impenitentes, & in malo obfistunt illos omnes ad vnum fuisse eadem æternum damnatos. Eius autem nostri Salmeron ad recitatas superius verba ex ipse Petri. 2. c. 2. Si enim Deus Angelos peccantibus non periret, sed videntibus inferni detractos in tartarum traheret, etiam in iudicium referretur, ad tertium dubium (quod a §. dubitatum tertio loco fuit veritas) eam conclusionem in dubium videatur vocare, & affirmant aliquot malorum Angelorum salutarem, in via statu, penitentiam difficultatibus euadens viam aperire §. Quod si, qui sub med. verbis illis. Deinde quia, si pauci aliqui etc. de sequente §. Sed difficile esse videtur certum aliquos penitentiam ex his desinere. Statim vero pro hac conclusionis nostre parte suam sententiam proferit, etiam confirmat, cum ibi, tum sequente §. Eius igitur certum vero non esse dixit ex textu Petri recitato: quem interpretatur aliove scripturæ loco, (qui, ne appareat quidem malis pro ea extat conclusione) id quod verissimum est, & fides adhuc à nobis monstratum q. 2. certum §. à num. 2. ad. 3. inclusit displicet omnibus eius textus ponderationibus, quæ adducuntur, adducique possunt à contrariis, quibus ibi pro via statu traditum à Petro fuisse. Vnde constat secunda conclusionis nostre pars, quod omnium Angelorum semel, malorum impenitentia de hoc formaliter non fit: cum eo Petri textu, quod solum in scripturæ poterat non continetur, nec de ea sit expressa; imo, nec virtualis in Ecclesia definitio. Hæc conclusio pars aliquorum interpretum, & scholasticorum sensum adiuvatur, qui putant eius textus Petri sensum vniuersalem vtpote doctrinalis propositionis de omnium malorum Angelorum impenitentia, adhuc in via, esse in quibus sunt Soar. libro octauo, capite primo, Alaccon. d. 9. capite quinto, numero sexto, §. Sed vero Petri Suarez. Arriaga d. 25. sectione prima, sub init. sed quam debili fundamento nitantur constare, ex dictis ad eum textum citata questione secunda certam, §. Tertia, & postrema conclusionis pars liquet ex eo, quia neque hoc neque alio scripturæ loco, neque Conciliorum, & Ecclesiæ definitionibus, est veritas illa reuelata, collatione legitima, & euidens aliquot Angelorum salutis penitentia in via statu aduersetur; tamen, pro damnatorum iam demonum omnium, impenitentia, loca scripturæ sunt; & veritates dogmaticæ, quibus, vel vni penitentia formaliter, vel euidens, ac legitima illatio, ne, proximè, aut remote aduersetur, de quo postea. Illud tamen certum, & dogmaticum est aliquot Angelos malos salubriter in via peccati sui non penitentibus diabolo, & Angelis eius æternus inferni ignis paratus esset, ad quem impii homines iudicio postremo mittendi in Euangelio dicuntur, nec minus Petri recitatus textus verum habet.

4. Dico tertio: Angeli boni malos in hoc prælio via Angelica superantur. Est de fide ex textu Apocalyp. duodecimo, recitato. certamine secundo, numero primo, illis verbis, *Et d'aco pugnabat & Angeli eius, & non valuerunt.* Quod ipsum est Michaeli & Angelis eius ex adverso pugnantibus succubuerunt id: quod duplici ex parte, altera speculativa altera facile probatur. De speculativa veritate, à Michaeli, & Angelis eius ostendenda, nempe Deo obedientiam submissionem, & adorationem ab ipsis, & ab omnibus creaturis debent, & incarnato etiam, si id mali peccato suo delectantur, cum ea omnia, eius humanitati suscepere exhibere iuberentur, superatos victosque malos à bonis Angelis fuisse dubium nullatenus esse potest: cum rationi illi per se nota à Michaeli, & Angelis eius continuo prælio illo contra malos Angelos ingeminatæ *Qui sicut Deus*, nihil quo satisfecerat mali respondere potuerint, etsi nequitiæ, & pravitæ sua obstinata in sua sententia, & præiudicio falso, & erroneo persistenter: victoria autem in disputando speculativa est, intentam veritatem ita contra contumaces in suo errore demonstrare, ut nihil habeant, quo probabiliter satisfaciant. De activa vero, & practica pugna, qua propositis rationibus utrique boni Angeli malos, & necdum in alterutram partem determinatos, & contra mali reliquos in suas partes trahere contendebant, probatur: quia etsi neutro pars aliquem ex parte adversa deficere, atque ad ipsam transire de facto obtinuerit; boni tamen Angeli ubi primum quisque, obediunt, ac deliberato bonus effectus est, industria exemplo, & hortatu suo, primoque, & primus, & præcipuus Michael ex nondum determinatis, sed successisse, ut diximus determinandis duplo, ut minimum, plures angelos, à suis partibus traxerunt, in eisque toto status via tempore tenuerunt, & confirmantur, iis quos Lucifer, & Angeli eius malis suis artibus ad suas traxerunt, atque in eis obstinato tenuerunt: ergo boni Angeli malos, pugna etiam practica, & activa trahendi in suas partes alios Angelos, vicerunt malos, & absolute superantur. Consequentia patet, antecedens traditur c. illo, 12. Apocalyp. duodecimo, numero quarto, ubi de Dracone, seu Lucifero dicitur, *& cauda eius trahens tertiam partem stellarum cæli, & misit eos in terram.* Quæ de Lucifero, & Angelis malis communiter prælio illo, pure Angelico, intelliguntur, & allegorice de prælio eorumdem Angelorum per se, & ministros suos homines in Ecclesia Dei militante habendo, & sine mundi persecutione antichristi postrema finiendi: atque ita intelligi debere ostendimus, quæstione secunda, certamine quinto, numero secundo, & tertio. Denique probatur ex eo, quod malos Angelos boni fugaverint, & eiecerint de cælo empyreo prælii illius palestra, quæ ipsis, ut patet, victoribus permansit, ut iam ostendo.

5. Dico quarto: Michaeli, eiusque Angelis bonis malorum de cælo empyreo proieciti via statu finito, ac sub mundi finem de terra extima, & aëre in tartareum damnatorum locum, & carcerem æternum commissa, mandataque à Deo fuit, atque ab eis mandata executione partim, partimque mundi finem mandanda. Conclusio hæc ex citatis locis 2. Petri, 2. & Apocalyp. duodecimo, rigide perpenis, & penetratis facile probabitur subditur enim immediate recitatis verbis ex Apocalyp. duodecimo, numero octavo, *& non valuerunt, neque locum manentis est eorum amplius in cælo, id est in cælo ex quo lapsi derubati, & proieciti sunt, nullum deinceps locum habuerunt & numero nono, ita subiungitur, & proieciti sunt Draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & Satanas, qui sedavit uniuscuiusque orbem, & proieciti sunt in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt.* Sec. quæ nulli persecutori militantis nostra Ecclesia, Antichristo adhuc, possunt convenire, ut pote, qui nec serpentis antiqui Protoparentis seducens officium, nec propria diaboli, & Satana nomina, sed metaphorice solum habent. Nec proieciti aliunde in terram cuius à suo ortu incolæ

sunt, & erunt, quousque in infernum miseris corporibus rediit æternum cruciandi mittantur: id ipsum docet Petrus epistola secunda, capite secundo, verbis illis. *Rudentibus inferni detractis* (Angelos malos nimirum de cælo in quo creati sunt) *in tartarum tradidit cruciandos in iudicium referunt.* Id est tradidit, ut iudicio postremo sub mundi finem mittendi in tartarum ubi æternum coniecti, & coerciti, nec deinceps (ut ante illum diem) egressuri cruciarentur, ut Græca lectio *Tagrptos* clarius exprimit, quæ tantundem valet, *Ac tartaros coercitos*, ut bene Salmeron noster d. tertia ad illud caput, §. *Dubium tertio loco fuit*, versus fin. Neque enim ex tunc proieciti de cælo Angeli mali omnes sunt in infernum coniecti, ac perpetuo detracti: id enim postremo iudicio à Christo Domino habendo exequendum, ut ait Petrus, referuntur, atque ex sententia ipsius in malos proferenda, *ite maledicti in ignem æternum, inferni utique, qui parati est* (non datus ibi omnibus æternæ, & inseparabiliter ab illo) *Diabolo, & Angelis eius, vobiscum ibi ab illo æternum cruciandis*: id quod subodorati Demones, quoad iudicis personam (nam quoad suum, & postremo iudicio post mundi finem æternum inferni carcerem, & ignem satis erant conscij) queruli Christo Domino clamabant Matthæi 8. *Quid nobis, & tibi, Iesu Fili Dei? venisti huc ante tempus torquere nos?*

6. Sed quo, inquires, tunc proieciti sunt omnes, cum fuerunt de cælo depulsi? certe in infernum primo, ut carceris, & ignis ibi insulam recipere possessionem: etsi inde egressi, eorum plures incolant aëra, terram, & infernum; nullo tamen ex his locis immobiliter addicti (aliquot exceptis, qui in penam specialem aliquibus locis, & regionibus sunt alligati) sed vicissim terras, mare, infernum, & aëra peragitant, ut de Satan ex loci historia constat, & ex citato capite duodecimo, Apocalyp. ibi: *Va terra, & mari, quia descendit Diabolus an vos, & alii scripturæ locis sexcentis, sed quid rudentibus, siue catenis* (ut Græca habet lectio) *inferni detractis* significat, nisi eos ex tunc inferni vinculis esse inferno revinctos? Salmeron infernum ibi pro caligine possum ait, ut tantundem, ac vinculis, seu carceribus caliginis valeat, sed cuius caliginis, an mentalis, an privationis lucis huius visibilis (quæ nondam terræ, aëri, & mundo nostro aderat, cum pulsi cælo Demones sunt ante lucis, & Astrorum creationem) non explicat: Ego vero, etsi sciam inferni, & tartari voces caliginosa, ac tenebrosa loca propriate, & etymo eorum significare, ac subinde, ea quæ centro terræ viciniora, ac subinde à luce remotiora sunt *Tartarum*, & *infernum* dici: antonomastice tamen voce inferni non caliginis cuiusvis, sed propriè & communiter dicti inferni à Petro intellectas censeo; etsi non quibus ex tunc immobiliter inferno fuerint alligati Demones, atque reuincti, sed quibus ex iudicio publico, & postremo (quod ad locum attinet) immobiliter erunt reuincti, & alligandi per æternitatem, ut textu ipso dicitur. Rudentes autem illi physica igit inferni Demonum valorem eo loci tunc factam, non ut ex tunc ibi immobiliter perseverent, significant; Ac, si remotius, & figuratè loquamur, æterna carceratio, nil aliud est quam Demonum toto via suæ statu, & tempore in peccatis, & obstinatione exhausto, à Deo damnatio, qua Michaeli, & Angelis suis victoribus malorum de cælo expulsi, & post iudicium postremum in infernum detracti, & igni post æternæ, & immobiliter exequendo, & subeundo, quasi rudentibus fortissimis, ac minime dissolubilibus, aut disrumpibilibus reuincuntur ferroque alligantur: quod si de his, quorum immania, & continuata delicta patibulum, furcam ita merentur, ut illam tandem evasuri, non videantur, etsi nondum per iudicis sententiam damnatis, immo nec ad causæ discus-

sonem carceratis, dicere vulgari nostro proverbio solemus, *Traen lasega vasilango*, citius, potiusque à Petro dici potuit, distumque fuit de irrevocabili à Deo damnatis ad infernum, & ignem æternum, etiam post exequendum, *Rudentibus inferni*, inferno, & æterno igne cruciandos detractos traditos bonis Angelis fuisse.



QVÆSTIO IV.

De colloquio seu locutione Angelorum inter se.

Difficultas hæc ad Theologicam hanc de Angelis controuersiam non spectabat, sed ad philosophicam aliam de iisdem tomo secundo nostræ philosophiæ controuersie de anima separata (de cuius cum alia, vel Angelis locutione, ad ipsam eadem est difficultas) adducendam: sed, ut in controuersie huius præfatione monui reliquorum Theologorum consuetudini, quam recte methodo, morem gerens, hic eam verborum ne quis eius examen ex aliorum lectione desiderans difficultatis eius arduitate, timore omisit à me suspicetur, qui clarius forte, & facilius aliis ex peculiaribus principiis ab ea me expediam: sed neque disputationis huius de statu viæ angelicæ prior ca quæstio est, quam disputationis de statu termini Angelorum sue patriæ, sue exilii & damnationis æternæ: siquidem in utroque statu sibi inuicem Angeli colloquuntur, ac proinde de eorum locutione pro utroque statu eadem est difficultas: quoniam pro quæstione tertia proxima Angelos, tam bonos quam malos, manifestatione concepti à se proposti, & aliorum motuorum, & rationum propositione, sue exemplo, & suasionibus alios ad suas partes trahere contendisse docuimus (quod absque aliorum ad alios mutua locutione, & colloquiis fieri non potuit) subiungenda statim hæc quæstio fuit: tum, ut dicta melius intelligantur: tum, quia recta methodo de statu viæ angelicæ, quam de statu termini, antequam disputationibus hac de Angelorum locutione necessario & prius occurrat, nec aliquid est, quod de eorum locutione in statu termini sit vitiosius addendum.

CERTAMEN I.

Præmonenda, supponendaque cunctis ad quæstionis decisionem.

Locutio vnus cum alio, est actio, qua aliquis alicui quid de re quapiam sentiat, vel desiderium, sciendi quid de ea censeat alter significet: ac proinde vel assertiua, & testificatiua est, vel interrogatiua, aut formaliter, aut æquiualeuter tales, seu quæ ad duplex hoc membrum reducuntur, ut consideranti patebit. Dixi autem alteri, non quia locutio vnus, ad vnum, solummodo esse debeat, aut ad plures esse non possit. Constat enim vnus ad plures audiendi, & colloquendi capaces esse posse, ut quotidie experimur. Secundo prænotandum est in locutione assertiua creature rationalis cuiusvis unde sumptæ de eo, quod res sit, vel non sit, aut ita se, vel aliter habeat, non solum falsitatem, respectu ei assertæ, sed etiam respectu asserentis, posse cunctis

qua deceptio, & mendacium appellatur. Primum patet. Quia non posse falli ac decipi in eo, quod quis de rebus, & obiectis iudicat, ac subinde alteri testificatur, solius Dei, diuinæque sue scientiæ, essentis sue veræ, & infallibilis omnino est. Secundum autem æque est certum: quia non posse alium fallere, & decipere ac testificari de re aliqua, suoque erga illam iudicio alteri, quam de illa censeat, ac iudicet, solius etiam Dei, cui soli peccatum, quantumvis veniale, & leuissimum (quod ut minimum in deceptione illa ex specie sola sua intercedit) profus, ut omnino impeccabili repugnat, nec video, cur Angelus, qui peccare adeo grauiter natura sua potest & adeo enormiter peccauit, nequeat vel leuissimum fictionem, & mendacium deglutire: item illud Psalm. 61. & 115. & ad Roman. quod de homine solum sonat, *Omnis homo mendax*, de omni rationali creatura dictum est, hominem in exemplum adducto, ut materia sermonis erat, doctrina vero vniuersalis: soli Deo infallibiliter credi, certoque & indefectibiliter in eo sperari solo: quod si menti Angelus non posset vere, non esset. Argumentum, quod ex tali productione specierum adeo ad exigentiam mendacii angelici locutionis ponitur ab Aristaga, diluam certamine numero 6. Dixi autem *nude sum ta*, quia ex adiuncta ipsi beatitudine, immo, & perfecta continentia in viæ etiam statu habita quæ ex Dei complacenta leuissima cuiusvis culpæ, & offensionis Dei effectus saltem virtualis detestatio sit (ut in statu etiam viæ esse optime potest) Angelus mentiri alteri non poterit: similiter interrogatori locutione falsitas deceptio interrogantis cuiusvis creature rationalis, adeo sumptæ, potest interuenire: cum scilicet, quod fit, vel formaliter, vel virtualiter se nescire interrogatione sua proficitur, ac in eo alium, cui loquitur, decepti intendit, atque ex circumstantiis disponit: quænamque hoc iocose, & animi gratia ab angelo respectu alterius Angeli inferioris naturæ, & intelligentiæ fieri absque culpa queat? Et idem est respectu æqualis, qui il ipsum, quod ab æquali interrogatur, ut fieri potest, ignoret, uti abique culpa, adhuc remanet fieri sæpe amice, & citra offensionem inter nos conuenit dubitari possit? cui dubio affirmatiue (absque tamen interrogantis Angeli vitiosus falsus, & interrogati contemptus) videtur respondendum.

2. Tercio notandum est, ad omnem locutionem, assertiuam præsertim de iudicio præhabito, requiri, ac necessario præsupponi in loquente cognitionem reflexam iudicii alteri manifestandi, sue habita, si vera locutio ad alterum sit, vel ficti. si sit locutio falsa, & deceptoria, fallentisque alteri, cui creatura rationalis loquitur. Constat aperte, quia ad locutionem essentialiter requiritur voluntas actualis loquendi, seu manifestandi alteri, quod quis de re quapiam iudicat, ac quo pacto in iudicio suo se habeat res quam ipsi loquitur: aliter nequit velle, si iudicium, sue quod de re illa, manifestandi, vel habet, vel fingit se habere cognoscit (cum voluntas ferri actu in innotitum nequeat) nec id potest cognoscere per ipsam cognitionem, quæ habita, & supposita necessario est ad voluntatem actualem manifestandi illam alteri, cui loquendum est: ergo opus est cognitione alia reflexa, qua directæ illa, ut obiectum volentium, & appendendum loquenti, seu potius loquenti proponatur. Confirmatur ex nostro immo vetustissimo principio, à nobis contra Recentiorum aliquot argutus cum sæpe tomis nostris Theologicis tum tom. 2. philosophiæ de cognitione intellectuali creata obfirmato: nullam scilicet cognitionem, aut scientiam creatam sui ipsius realem formalem representationem, cognitionemve esse posse. Supponendum est quarto: cuiusvis rationalis creature actus inter nos virtuales non solum liberos voluntatis, sed intellectus & scientiæ in secretis cordis esse contentos: & qui naturaliter videri à creatura alia rationabili nequeant: esse per coniecturas, & discursum ex circumstantiis, & causis non nullis naturalibus, & necessariis quandoque cognosci ab alia creatura queant) ut ex communis Theologi